PETRUS Dei gratia Episcopus Posnaniensis et Regni Polonie Vicecancellarius.
Venerabilibus et Honorabilibus viris Prelatis et Canonicis ac Vicarijs ecclesie Collegiate sancte Marie Magda-
lene Ciuitatis Posnaniensis illique vel eis, ad quem vel ad quos admissio et receptio Canonicorum in eadem ecclesia
Collegiata sancte Marie Magdalene pertinet et spectat ac ceteris quos presentibus fuerint requisiti salutem in
domino. Quia ad Canonicatum in prefata ecclesia Collegiata sancte Marie Magdalene nuper vacantem, per
obitum honorabilis olim Michaelis de Cieszko alias Calisch, eiusdem Canonicatus ultimi et immediati possessoris
honorabilem Martinum de [illegible]gonijn vicarium dicte ecclesie sancte Marie Magdalene, in eius turno, cum
esset Ebdomadarius [illegible] vacantem [illegible] presentacionem Venerabilis domini Jacobi de Obornijky, Juris pon-
tificij doctoris, preposit[i] eiusdem ecclesie Collegiate sancte Marie Magdalene, ad quem jus patronatus et pre-
sentandi dicti Canonicatus ex priuilegio fundacionis eius spectat et pertinet pleno jure, per manus nostre
capiti suo imposicionem instituimus et inuestiuimus, instituimusque et inuestimus per presentes, curam
regimen et administracionem spiritualium et temporalium rerum eiusdem Canonicatus sibi committen[tes].
Quocirca vobis supradictis in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quatenus posteaquam
per ipsum Martinum de [illegible]gonijn vel eius procuratorem legittimum, vigore presencium fueritis requisiti,
ipsum in Canonicum prenominate ecclesie et in fratrem recipiatis, ac in possessionem realem predicti
Canonicatus, ac jurium, omniumque et singulorum censuum, redditu[u]m, et prouentuum ac pertinenciarum
eius, eundem inducatis, stallumque in choro, locum et vocem in Capitulo dicte ecclesie sibi assignetis, recepto
prius ab eo de obseruandis statutis et consuetudinibus Canonicorum et eiusdem ecclesie, corporali juramento
si et inquantum per alios prelatos et Canonicos suos prestari prius solitum est. Faciatisque eidem Martino
Canonico, de vniuersis et singulis censibus redditibus et prouentibus, ad ipsius Canonicatum pertinentibus,
per eos ad quos pertinet integre responderi ac vosipsi quantum vestra interest respondeatis. In cuius
rei testimonium presentes nostras Instituciones [illegible] iussimus et fecimus sigilli nostri appensione communiri.
Actum et datum in Ciuitate Posnaniensi in domo [illegible]mati Ludouicj Engelharth Consulis eiusdem Ciuitatis
die Jouis tredecima mensis Septembris [illegible] Millesimo quingentesimo vigesimo. Presentibus
honorabilibus viris [illegible] plebano in R[illegible]dimno Capellano
nostro et Mar[illegible] [illegible]sky Notarijs Curie nostre
Clericis [illegible]